in quantis maiimaque toties quoties opus fuerit ad solvend succumbendo. Et quo quidem Vadio, modo praemisso ad solvend succumbito, aeque atque principali ex contentis scripti eiusdem manualis non completa complendo, hocque existens in ratione Recognoscens Nobilis Mathias de Rybno Rybinski sive eius Successores, ad instantiam praefati Nobilis Francisci Dzierzek vel eius posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense, ex tunc recessu subito, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesen. Illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequen. Causae eiusque Terminos semper peremptorios vera Infirmitate, maiori, minoreve aetate Sexorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad Munimenta ad Evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem praeterea ultra primos Officij praefati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione Terrae, bello, Conventionibus, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensionibus non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Stat eius ad eandem personalem recognitione ad praemissa admittendo.

F: Suchocka Terleckie

1240 Coniuges Quietat et Statuet...

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus
Castren. Capitanealibus Premysliensibus Famata Marianna olim
Famati Danielis Markiewicz Civis Premysliensis Consors
derelicta Vidua, olim vero Famati Stephani Suchocki
cum olim Famata Marianna Suchocka Consorte ipsius legitime
procreata Filia. Sana mente et corpore existens, Foro suo
1112 quovis proprio omisso, et Jurisdictione competenti prorsus ha-
bita, praesente vero Castren. Capitaneali Premysliensi Jurisdictione,
in se, Successores, ac bona sua generaliter omnia quod ad Actum
hunc attinet benevole consumpta palam, libere, publice,
ac per expressum recognoscit. Quietat ipsa dicta, et Fama-
tae Catharinae Suchocka Virginis, Sororis suae germanae,
cuius ratihabitione cavet, ac se praesenti inscribit nomine:
Nobiles Ignatium, et Annam Terleckie Coniuges legitimos
et eorum Successores, de Causa et Actione officiari infrascripta
per se Recognitricem, et praefatam Sororem suam, eisque
supra dictis Nobilibus Terleckim Coniugibus, Ratione praetensi
Depositi certi, nempe Vasis Ahenei, Vulgo Kociel
piwny dicti, Valoris Florenorum polonicalium Sexcentorum, tum
et aliarum rerum in processu Causae eiusque specificatarum
ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense
in porta et inventata: tum de Decretis quibusvis
ea in Causa prolatis, atque Vadiis, si quae intervenissent
ea in Causa, cum earum publicationibus, totoque ante-
cedenti et subsequenti processu, eadem in Causa obtentis
et perductis, et in quovis puncto et gradu Juris de-
pendentes ob sufficientem et plenariam sibi Recognitri

ac praefatae Sorori suae praetactam Satisfactionem Quietat, 1249
emittit, dimittit, liberosq. et absolutos perpetuo pro-
nuntiat: Causam eandem et Actorem Iudicianam, De-
creta quaevis, tum et poenas, si quas incurrissent
Bannitionum, cum earum publicationibus totumq.
antecedentem et subsequentem processum ea in Causa
obtentum in toto et per omnia cassat, mortificat et
annihilat, perpetuum sibi Agenti, et suis posteris ratione
Praemissorum omnium perpetuum imponendo silentium.
Nihilominus hac eadem Agens supra Famata Marianna
Suchorka, debebit et tenebitur, prout se ac suos Succes-
sores, in et super bonis suis generaliter omnibus, Summisq.
pecuniarum quibusuis habitis et habendis, supradictis Nobilibus
Gratio, et Annae Terleckim Conjugibus inscribit et obli-
gat praesentibus, supranominatam Famatam Catherinam Su-
chorka Virginem sui Agentis Sororem germanam post-
quam adoleverit, vel Coenobium ingressa fuerit, cum
mariti vel superiorum ipsius assistentia ad approbandam
per ipsos Inscriptionem praesentem Quietationem vel similem
sui praeinteresse faciendam, ad Acta quaevis authentica
Regni, Vim perpetuitatis in se habentia, intra decursum
Sex Septimanarum, adducere, ac personaliter Statuere
absque Veteris Suasionibus, Vt praemissa debitae executioni
efficere; idq. sub Vadio Summae Centum florenorum polon.
per eandem Agentem, Vel eius Successores, supranominatis
Nobilibus Terleckim Conjugibus, Vel eorum Successoribus
ob non statuitionem supradictae Famatae Catherinae Suchorka
Vel in euentum mortis Successoribus illius

1240 Sororis suae germanae, vel in eventum mortis Successorum illius
praetempore et loco superius expressis ad solvendum Succumbend.
In quo quidem Vadio, nec non in solutione ad solvendum Succumbet,
ac pro re ipsa principali non completa complenda Citare extunc
mrata Recognoscens Famata Marianna Markiewiczowa sive
illius Successores, ad instantiam praefatorum Nobilium Ignatii
et Annae Terlecki Conjugum legitimorum vel ipsorum Succe-
ssorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense
extunc recessu sublato, quo ad respondendum spectat
mediante, semper in primo Citationis termino tanquam
peremptorio stare, iuri parere, respondere, Vadium
praefatum luere, Inscriptioni huic Satisfacere, ac omne
iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos
Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens
illum Terminum primum peremptorium, uti et alios omnes
exinde consequentes Causae eiusque Terminos semper
peremptorios, vera in firmitate, praemaiori, minoriennitate
Successorum, legatione intra vel extra Regnum, Servitio
militari, ad Maximenta, ad Electorem, ceterisque qui-
buscunque dilationibus et legalibus impedimentis non differendo,
ad quietationem praeterea ultra praemios Officii praefati
Castrensis Capitanealis Premisliensis terminos, dilatio nem
sibi non recipiendo, nullasque Motiones, appellationes
ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia
paribus vinculis vel triplicatis, Evasionibus, Suspen-
sionibus, fatalijs Iuris, praesenti Terrestri, bello,
fomentis neque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defens
non subterfugiendo

non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Ita
sua praesenti personali recognitione ad praemissa sacienda submitte.

Dembickie Coniuges Czerkawskim Coniugib. Rbnt

Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Praemysliensi Generosi Jacobus Dembicki et Theophila Konarska Coniuges legitimi. Sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibus suis quibusvis quovis eocompetendo recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni, quoad Actum hunc attinet, se cum Successoribus ac bonis suis quibuscunque totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suum interesse recognovit. Quia ipsi et ipsa quidem Consors eorum cum eiusdem mariti sui vti Tutoris Coniugalis personaliter astantis et Vxoris ad infrascripta recognoscendi consensu, se, ac suos Successores, in et super bonis suis quibuscunque omnibus, Summisque pecuniarijs quibusuis habitis et habendis inscribunt et obligant praesens Scriptum certum manuale per se Regnantes in rem et manus Nobilium Lucae Szerkawski, et Catharinae Zieloneczanka Coniugum legitimorum ratione certarum rerum et conditionum in eodem Scripto manuali contentarum de actu et data illius hic Praemysliae, die hodierna in actu contenta Anno praesenti confectum conscriptum et datum, manu sui Recognoscentis mariti suo et Consortis sua nomine subscriptum. In omnibus et singulis eiusdem Scripti manualis conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadijs, ligamentis, ac nexibus quibuscunque omnibus, eiusdem Nobilibus 1112